

Q.K.353.34

X 187 9845

ORATIO

De

PRÆCIPVIS BELLI SVSCIPIENDI CAVSIS.

In

PUBLICO PROCERVM ET


Cultorum Academicorum confes-  
suspectatissimo,

ILLUSTRIS LUDOVI-  
CIANÆ, QUÆ EST GIESSÆ HES-  
SORUM CELEBERRIMA ACADE-  
mia, habita

Die XX. Augus*ti* Anno M. DC XV.

Ab

JOHANNE HEINRICO Bosen / auff Franciscus  
ben Equite Misnico.



GIESSÆ HESSORUM,  
*Exudebat Nicolaus Hampelius, Typogr. Acad.*

M DC XV.



REVERENDA DIGNITATE, STRENUA NOBL-  
litate multijugaq; rerum & linguarum experientia  
spectatissimis Viris,

Dn. HENRICO à Gleisenthal / Electo & confirmato Præ-  
posito Martisburg. Decano Numburg. Serenissimi  
Saxon. Electoris Consiliario intimo:

Dn. THEODORICO Bosen / Decano Martisburg.  
respectivè, fautoribus adgnato & amicis iugi obser-  
vantiæ cultu æstatèm prosequendis.

**N**on satis est benè velle, viri præcellentes, sed & benè facere. Liberale  
est officium serere beneficium. Benè vobis velle virtutis vestra sua-  
det generositas: Benè vobis facere virium negat tenuitas. Officium obse-  
quii mei erga vos stimulat candor: beneficium vestra dignitatis impedit  
splendor. Testari affectum meum erga vos aveo, imò reneor, non tamen  
ultra posse. Chartis me involvens chartaceum vobis fero levidens mu-  
nusculum. No tam deliciis quam iustis affectionibus benivolentia vestra  
genium moveri, cum Ulpiano & C. spe niter pulcra. Belli causa præcipuas  
deuissa, styli cymba percurrere, vestroq; nomini consecrare volui. Vestra  
erit dignitatis, hoc qualemq;, ex liquido tamen & sincero observantissi-  
mi affectus canali depromptum argumentum, aquo & sereno vultu in-  
spicere, studiisq; meis favere. Valete, vigete, favete aviternum. Giessa  
ex Museo meo 20. Augusti.

V. R. & S. N.

addictiss.

Johannes-Henricus Böse auff  
Franckleuben.

COLLEGII PHILOSOPHICI

*In Academia Giessena hoc tempore*

DECANUS,

CONRADVS BACHMANNVS, ANTIQVITATIS & Humanitatis Professor Civibus Academicis,

S. P. P.

UT Nobilium virorum exercitia sunt verè nobilia, sive aureo Pacis tempore ea peragantur, sive turbulentio Belli cursu tractentur: Ita quoq; singula suis nunquam destituuntur commodis & emolumentis: Et præcipue dum in Minervio adhuc versantur atq; Atheneo, quid nobile ingenium magis deceat, quàm & loco & ordine suo con-dignum aliquid moliri? Quod etiam subinde apud nos, factitatum vidimus, dum videlicet aliis tales sibi artes cōquirit, eásq; in sese sponte lubénsq; partes suscipit, quibus si opus sit, & Patrię & summo Magistratui prodesse laudabiliter possit, justitiam Populis præstare, fas & æquum tutari, injustitiam depellere, iniquitatem coërcere & evertere. Alium videmus potius eloquentiâ & linguae fulmine inclarescere: Hinc non solùm in privatis suis Museis, inter pares & ejusdem consortii Collegas nunc disputando nunc verò perorando periclitatur virésq; suas explorant, & magno ipsorum Bono corroborant, donec in publicum ipsis progredi, jam integrum est, & in clarissimorū hominum confessum plenis, quod aiunt, velis provehuntur. Id quod tu iam facis Nobilissime JOHANNES HENRICE BOSEN, quem equestria studia ab hisce Academicis exercitiis tantum abest, ut abstrahât, ut potius in iis habitare videaris. Et sanè Virtus & Eruditio sunt, quæ perseverant, & ex iis Fama quę si non cetera tamen diuturna sunt. No-

bilis ad hęc animus eat, & Ingenuus qui cōclum spirat, terram desperat: Tu idem facis hoc, & ut diu facias fēliciterq; perficias Deum oro. Mađte esto hoc Ingenii & Doctrinæ ausu laudabili! In Romanā olim Republicā longo receptum erat usū atq; comprobatum, ut vegetiora Ingēnia, & quę ad ætheriam sui originē respiciebant, in Templo fortè Apollinis sua recitarent vel Carmina vel Orationes, publiceq; ad hęc exercitia invitarentur Maximi, Minimi, Medioximi; Et sāpe Orbis Terrarum Principes huc convenerunt, & haud ignaviter auscultārunt; Augustus non abfuit, Claudius non emansit, Domitianus non neglexit: Et hi non modò Auditores erant sed in Scholastico hoc negotio Censores ac Judices, nec Laudicēnii erant sed Veronenses: neq; Tarentini sese associabant aut Consentini, sed Persiis atq; Læliis. Inter quos & vos adeste, M I L E C T O R E S, deinde horā XII. Pomeridianā & Orationem hanc Doctam & Bonam non audite modò sed etiam auscultate & animi mentem advertite: Recabit eam, quem paulò antè nominavi JOHANNES-HENRICUS Bösen auff Frankleuben Eques Misnicus, quę iam per sesquiannum ferè inter nos obversantem vidimus Exemplum quod imitetur Juventus nostra ad Virtutem & Modestiam, & dicet *De Præcipuis causis propter quas Bellum debeat moveri aut perfici.* Utilis materia Reipubl. & iucunda propter Historiarum varietatem. Causa enim belli quò iustior est, eò & fortuna in bello superior è Cœlis dari solet. Quare vestrum erit, Studiosi, Commilitoni huic vestro officium hoc non denegare, quod ipsum aliis antehac frequenter præstare vidimus, scientes neminem huius operæ temporisq; pœniturum esse, nosq; vobis vicissim & operā & studio nostro nunquam defuturos promittimus. P.P. die XIII. Cal. Sept. Anno M. D C X V.

ORA-





Q R A T I O  
DE  
PRÆCIPUIS BELLI SUSCIPENDI  
CAUSIS.

**D**uos sunt, Magnifice Dn. Rector, Strenue, Nobilissime,  
rei militaris & exoticarum linguarum peritia expe-  
riētissime Dn. Capitanee, Illustrissimi nostri Principis  
Consiliarie intime, Spectabilis Dn. Decane, Reveren-  
di admodum, Clarissimi, Consultissimi, Experientis-  
simi, Excellentissimis viris, Praeceptores & Fautores multis nomi-  
nibus suspiciendi: Studiosi generis nitore, literarum honore nobilis-  
simi præstantissimi, vera germana g̃is virtutis promicōdi lectissimi.  
Duo, inquam, sunt publicorum temporum genera, unum pacis, alte-  
rum belli, quorum alterum utile est semper & optabile, alterum nū-  
quam optabile, nunquam frugiferum, nonnunquam tamen necessa-  
rium. Pacem divinae Maiestatis iubet auctoritas. Pacē nobis Christi  
impertit lenitas, dum ex hoc mundo abiturus, nō belli calamitatem  
sed pacem nobis reliquit & tranquillitatē. Non dixit Salvator, bellū  
relinquo vobis, bellum meū do vobis; sed pacem relinquo vobis, pa-  
cem meam do vobis. a Pacem Apostolorum nobis inculcant & mo-  
nita & mādata, ut quantum in nobis est cum omnibus eam conser-  
vemus, b inquiramus & persequamur. c Pacem mentis suadet se-  
renitas, animi tranquillitas, amoris vinculum, charitatis consor-  
tium. d Pacem Reipubl flagitat utilitas, quam rerum omnium co-  
mitatur felicitas, ut remoto omni dubitationis repagulo cum Poëta  
e dicere possim:

Pax optima rerum  
Quas homini novisse datum est: pax una triumphis  
Innumeris potior.

a Joh. 14.

v. 13.

b Rom. 12.

v. 18.

c Psal. 34.

v. 15.

d August.

e Sylius.

## O R A T I O.

Belli econtra ingruente nimbo, tristis in omnes partes rerum apparet facies: Exultat iustitia, silent leges, eiusq; comites pietas & honestas: squalent municipia, afflictantur Coloniae, agri quasi senio confecti marcent:

**a** Virgil. I.

**Georg.**

**a** ————— cum nullus aratro

Dignus honos mœrent abductis arva colonis.

**b** Ant. de

Guevar. in

Horolog.

Princ. l. 3.

c. 14. num.

499.

**c** Idem l. 1.

c. 31 n. 117.

**d** Senec.

**e** Lucan.

Belli dominante libidine neminem fortunis suis frui licet, aut sine superventu cibum capere, quietè dormire, securè iter facere. b Convertuntur aratra in arma, boves in equos, stimuli in lanceas, vromeres in sagittas, tunicae in lorias, fundæ in balistas, simplicitas in malitiam, labor in ignaviam, amor in odio, charitas in crudelitatem, iustitia in violentiam, eleemosyna in furtum, religio in idolatriam, c & deniq; nullum nefas exemplo caret, d

**e** Stat curor in templis, multaq; rubentia cæde Lubrica saxa madent. —————

Quam dulce ita q; & honorabile pacis est nomen, tam abominabile belli omen. Hoc tamen non ita quis dictum à me existimet, quasi omnis suscipiendi vel suscepti belli ratio sit detestanda, dirisq; indignis devovēda, sed quæ iniusta, perperam & temerè suscepta. Nam pax, si justa est & honesta, res est omnium pulcherrima. Nihil tamen aut faciendum est injustè, aut patiendum turpiter, ut pace frui valeamus, inquit elegatissimus auctor. f Hoc ipsum iehova regia Psalmographi voce gnaviter & graviter animis nostris instillat; dum inquit: ita pax colatur ut misericordia &

**a** Psal. 85.

v. 12.

Ubi iustitia non est

fundamentum, nullum pacis esse potest ornamē-

tum Hinc pacem ne

cum Moabitis ineant serio divinâ voce monē-

**b** Deuter.

23. v. 6.

strorumq; violatio, vel deniq; extrema necessitas cogat sæpius bellū

suscipere, causas belli propter quas sæpius suscepta bella, vel suscipi

possunt, exercitiis gratiâ referre propositum habeo. Quod non eò per-

tinet quasi omnes belli causas orationis flore convestire: facundia &

elegan-

## ORATIO.

elegantia rore irrigare mihi persuasum habeam. Non ea mens animo, nec ingenii mei id patitur tenuitas, sed quasdam ex illis cursim, saltuatimq; delibare in animum induxi meum. Quod dum facio, it-  
bul Platoni mente satis accurata examinissim, ruminor, orationi &  
iis rebus quae oratione tractantur quandam inter se cognitionē in-  
tercedere oportere, ex quo ultrò & prono, quod dici solet, alveo flue-  
re ac consequi video, ut ad causas bellicas prodignite inquireendas,  
bellicum à veterano quodā Martis Candidato depromptum oratio-  
nis genus requireretur. Sed hæc omnia readhuc integra suo estimā-  
da fuissent pretio, maioreq; cautione providenda. Quamobrem ne  
clypeum post vulnera resumere vel querere velle videar, nunc qui-  
dem semel altum ingressus, quò me cunque iudiciorum vestrorum  
aura, Proceres Academici Spectatissimi, cultores Nobilissimi, Præ-  
stantissimi, velalia quævis tempestas exceptura, vela nimirum fa-  
cienda sunt. Ihus modo antequam alterius provehar, à vobis, eā qua  
parest, animi adevotione contendō, ut cum omne mihi perfugium, o-  
mne præsidium, in vestra benignitate, humanitate & facilitate sitū  
est, humile hoc & demissum genus dicendi, vestro favore & silentio  
sublevetis, auriumq;, ut sic dicam, vacuas aedes mihi ad per breve  
tempus aperiatis, ac propositi thematis peregrinātem, vel si mavul-  
tis perennantem veritatem à meā tenuitate admittatis, quò mea  
hæc oratio, his velut secundis subiecta ventis, quem sibi proposuit  
portum, facilius consequatur. Cum itaq; favoris vestri auram pla-  
cidè & benignè mihi adflare proceres & cultores Academici, cuius-  
vis ordinis spectatissimi, persentiscam, omnibus incedens latitiis cœ-  
ptam spartam pro parte virili, ne vos

— longis ambagibus ultra

Quam satis est morer —  
adornare conabor.

Horat.

Sive amoenissimos sacrarum literarum hortos ingrediamur,  
sive per latos latosq; historiarum campos vagemur, nullum humani  
generis ætum aureo illo vel ferreo seculo, bellis fuisse vacuum cru-  
entis

## O R A T I O.

entis iuxta ac sanguinolentis, Sole, quod dicitur, meridiano clarius  
apparet. Et licet homines ab initio ex immensa divinitatis bonita-  
te, non ad bellum sed ad pacem, non ad sui destructionem, sed conser-  
vationem, ad creatoris sui ideam fabricati erant, adeoq; proxima à  
summo Sole sidera constituta: lapsu tamē primi parentis in infensi-  
simas discordiarum tenebras lapsi, mutuis s̄avire telis & concidere  
cœperunt. Hac feritate belluis præimus, quæ non belligerant nisi in  
dispar. Plin. lib. 7. hist. nat. procœm. Homo autem homini lupus.  
Plaut. in Asin. ludus cruentus & laniena est. Ac licet prioris sive  
aurei seculi mores multis ornentur encomiis præ nostris, qui in fer-  
rea isthac residui vivimus fæce: ferventi tamen & recenti serpentis  
tincta veneno humana malitia, ad scelera, flagitia & dissidia pro-  
lapsa truculentissima: Sicut nos in veterato obducti nequitia callo,  
non in melius, sed in peius degeneres rapimur. Hoc est quod Roma-  
nus deplorat sapiens: a Hoc maiores nostri questi sunt, hoc nos  
querimur, hoc posteri nostri querentur, eversos esse hominum mores,  
regnare nequitiam, in deterius res humanas & omne nefas prolabi.

*a* Seneca.

*b* Libr. 3.  
carm. ode  
6.

*a* Genes 4.  
v. 8.

*b* Sleidan.  
l. 17. in pr.

Huic conveniens Horatii extat elogium: b  
 Ætas parentum peior avis, tulit  
 Nos nequiores, mox daturos  
 Progeniem vitiosiorem.

Nonne Cain ferventissimus aurei seculi primipilus, furiis Averni  
agitatus, ipsi naturæ bellum & vim intulit, dum fratri Abelis, cer-  
tissimi pietatis facelli, sanguine manus violentas polluit. a En pietat-  
is in aureo seculo patrocinium, quod innocentis sanguinis excepit  
latrocinium. Simili nefandæ malitiæ exemplo nostrum conspurca-  
vit seculum Alfonsius Hispanus, qui Anno Christi 1546. propter  
Augustanæ religionnis veritatem, postquam fraudis & corruptio-  
nis argutiis à veritatis tramite fratrem Iohannem defleclere ac ad  
devios erroris Pontificii recessus reducere non posset, eum Nuburgū  
secutus parricida nefariè trucidavit, & rebus humanis exemit. b  
 O tempora! O mores! Esau vegetus aurei seculi nepos auream pacis

tran-

## O R A T I O.

tranquillitatem minime sectatus, dum fratrem Iacobum, dominandi imbutus cupidine, bello & armis terruit. c Plenisunt horum ex- c Gen. 27.  
 emplorum scriptores aurei, pleni sunt libri Regum, testantur Chro-  
 nica & quicquid est veterum monumentorum. Si tam rara illâ ho-  
 minum raritate fratrum fuit concordia, non miretur quis perperā,  
 plures hoc tempore crescente hominum & multitudine & malitia  
 bellorum increbrescere strepitus. Quare, (ut eò quo digressus sum re-  
 vertar) cum nullum seculum, nulla ætas extitit, in qua non Martis  
 insonuit tuba, quæ non bellorum & dissidiarum conspersa fuit se-  
 minibus, secretaq; ab omnifice & lentore floruit, ex iis quænam bel-  
 la vel duella iusta, Deo, lege & Rege permittente, necessitate urgente  
 vel suscepta vel suscipienda sane rationis dictamen innuat evar-  
 rare, mentis defixa stat sentētia. Sunt enim belli sicut pacis iura: eaq;  
 non minus iustè quam fortiter gerenda, suggestente Livio. a Succin- a Lib. 5.  
 Æta & expedita huius rei controversiam dirimere potest finitio, quā  
 mascula nobis suppeditat Lipsii prudentia. b Bella nimirum iusta b L. 5. Polit.  
 fuisse & esse, quorum causa talis, quam religio, mos & ratio admit- c. 3.  
 tunt. Nam temere in acie versari, & manum cum hoste configere,  
 immane quiddam & belluarum simile est. c Causa igitur velut ca- c Cic. i. Of-  
 put rei bonæ & spei est, quæ occulta quadam internaq; vi, ad Trium- fic.  
 phales illas terras militem dedit, juxta Poëtam: d  
 Frangit & attollit vires in milite causa  
 d Propert.  
 4. eleg. 6.

Quæ nisi justa subest, excutit arma pudor.

Inter justas bellorum causas primum locum & quasi clavum tenet  
 defensio, quæ vim illatam repellit, ac non modo justa sed & necessa-  
 ria est. Vim enim vire repellere omnes leges omniaq; iura permittunt,  
 c propriæq; salutis defensorem in nullo errare posse Augustissimus e L. 54. § 4.  
 Imperator Antoninus rescripsit. f Hoc & ratio doctis, & necessitas ff. ad L. Aq.  
 barbaris, mos gentibus & feris natura ipsa præscripsit. a Et ut de f L. 3. C. ad  
 religionis causa prius edifferam, quæ apud omnes ab origine mundi L. Corn. de  
 gentes primum & equitatis ordinem sibi vindicavit: ut quoties de ne- sicar.  
 gotio incidenti plures concurrerent sententiae, semper præferretur il- a Cic. pro  
 la, que Milon.

ORATIO.

la, quæ religioni proprius accederet, hoc est, pietati & iusta erga Deum  
 b L. I. Offic. functioni pro nostro munere. Hinc Cicero, b in ipsa communitate  
 inquit, sunt gradus officiorum, ex quibus quid cuig, præster, intelligi  
 potest: ut prima Diis immortalibus, secunda patriæ, tertia parenti-  
 bus, deinceps gradatim reliqua reliquis debeantur. Eodem naturalis  
 c L. 2. ff. de dictaminis spiritu ductus Pomponius 1 C. c religionem erga Deum  
 Just. & Jur. inter prima iuris naturalis capita recenset. d Religionis defenden-  
 d Joh. Cal- vin. in Le- dæ causa ad conservandum purum illibatumq, Deiculum, contra  
 xic. Jurisd. violentos temeratores & oppressores, sive exterossive domesticos ar-  
 verb. Reli- mamota & moveri posse, testantur exempla piorum & cordatorum  
 gio.  
 e Polan. in Sacra profanaq, historiæ. e Tempore Nehemia f propter religionis  
 syntagm.  
 Theol. vo- defensionem & retinendum genuinum Deiculum, mænia muni-  
 lum. 2. l. 10. verunt, ac arma sumpserunt Israelitæ, & adversus Sanabellat & e-  
 c. 67. ius assecras, qui eos delere, religionemq, Iudaicam extirpare hostili-  
 f Nchem. ter conabantur. Confirmat hoc constantissimum Machabæi exem-  
 4. v. 13. & plum, qui bellum maluit suscipere, quam divinam legem abolere. g  
 seqq.  
 g 1. Math. Maximianus Episcopus Vagiensis auxilium belli petiit ab impera-  
 2. v. 43. & tore Christiano contra hostes Ecclesiæ, non tam sui ulciscendi causa,  
 seqq. quam tuenda Ecclesiæ sibi concredita. Hoc si prætermisisset non eius  
 f. Maxi- fuiisset laudanda patientia sed culpanda negligentia, ut Divus Au-  
 mianus 2. gustinus rescribit ad Bonifacium. a Iuste semper susceptum fuit &  
 caus. 23. q. adhuc suscipitur ab Imperatore Romano pro defensione tam religio-  
 3. similes fidei nostræ inimicos; b quippe quod in religionem divinam  
 b Dähaud. committitur in omnium fertur iniuriam ut sacratissimi Imperato-  
 in pract. res Arcadius & Honorius rescripserunt. c Talis si non vindicetur  
 erim. c. 82. iniuria, hoc tandem consequitur quod Tullius retulit: d Pietate ad-  
 n. 15. quæma allegat. Bo versus Deos sublatâ, fides etiam & societas humani generis & una  
 cer. de bell. & duell. c. 5. excellentissima virtus, iustitia tollitur. Adde & hoc quod qui reli-  
 Andr. Gail. gionem impugnant, nova deinde numina introducunt; multis pel-  
 l. 1. de pac. publ. c. 4. licient in coniurationē, aliq, innumera incomoda progernerant. e  
 n. 40. Denig.  
 s cl. 4. §. 1. C. de hæretie. d Cic. de natura Deor. e Alber. Gent. l. 1. de Jur. bell. c. 10,

O R A T I O.

Deniq<sup>s</sup> si unquam humanus sanguis effundendas est, pro eo effundi debet, qui suum pro humano genere sanguinem effudit. Recēta hu-  
ius rei exempla passim nobis obvia. Cui non est notum, bellum Bel-  
gicum non ita pridem contra Hispanum, tam ad religionem, quām  
regionem defendendam, ac repellendam crudelitatē, tyrannidem &  
impietatem Antichristiani dogmatis, justè suscep<sup>t</sup>um & feliciter  
gestum superioribus annis fuisse? f Occasionem huic bello p̄st̄tit f Meteram.  
inter alia satis nobilitata Ducis de Alba Hispani crudelitas, quae nul-  
li etati, ordini aut sexui pepereit, & rebus & patrimoniis inhibavit,  
tantamq<sup>s</sup> stragēm piarum animarum edidit religionis p̄textu, ut lib. 2. der  
nec furca nec alia supplicii genera sufficerent, referente nobis prolixè  
Meterano egregio Belgicarum rerum scriptore, a ita ut talia legen-  
do non facile quis à lachrymis temperare sibi possit. Isthae si vi tan-  
dem non repulsa fuisse vis & crudelitas, non solum Belgia sed etiā  
magna Germaniae pars, quae amodo puro divini verbi pabulo pasci-  
tur, pestifero Papisticae superstitionis veneno inescata fuisse. P̄elu-  
stre belli religiosi exemplum in medio Germaniae sinu paulò ante ac-  
cidit, quod Carolus V. Augustus, felix & Clemens Monarcha, ad-  
versus fœderis Schmalcaldici serenissima lumina, Ioannem- Fri-  
dericum Magnanimum Saxoniae Septemvirum, & Philippum  
Bellicosum Hassiae Landgraviū movit. Et licet hius belli in publi-  
co proscriptionis horum principum programmate, longè alia speciosa  
gravamina producantur, quae Imperatorem ad arma impulerint,  
quod videlicet Imperatori non tantum ipsi se opposuerint, sed etiam  
alios ordines, ut idem facerent & illicitas cum ipsis inirent coniura-  
tiones, cōpulerint; fœdera illicita adversus Maiestatem Imperii &  
suam pepigerint, exterios Reges in odium eius concitarint cum Tur- a Anton.  
ca, blasphemō & pravo quāt<sup>e</sup> illius bestiæ cornu, innumeros tracta- Wolff in  
tus habuerint, Henricum Ducem Brunsvicensē finibus eiecerint  
& custodiis manciparint; Cameram Imperiale recusarint; Bona  
Ecclesiastica in profanos usus rapuerint, a & alia quæ florentissimus b Libr. 17.  
Germaniae nostra scriptor Sleidanus b comment.  
exquisite enumerat. Verum pag. mihi.  
256.

B 2

utut



## O R A T I O.

ut ut hac specioso verborum vel rerum apparatu gnaviter in agis quam verè in medium producta sint, attamen propter religio nem non rebellionem bello hoc Germaniam exarsisse, ex continua religiosi tractatus serie ac multiplici Papalium consiliorum fraude & astutiis liquidò apparet. Quem fugere aut latere potest, qui modo limis, quod dici solet, oculis temporis illius scriptores inspexit, Papam suis consiliis & machinationibus, id sibi planè propositum habuisse, nullum se aquor arare posse utilius, quam remis velisq; contendere, ut pessundata Evangelii veritate, (cuius scintillæ tanquam prima auroræ rubedo, nocte tenebrarum & densissimis errorum immersæ cryptis, hominum iniquitate, exilire & splendescere cœperant,) eruptoq; puro religionis cultu, impuros traditionum suarum susurros adorandoz obtruderet, ac pedum suorum pulverem pro more veteri lingendum exhibere posset. Quem præterit, quam dulci verborum lenocinio primo religionis ingressu Saxonie Electoris animum infraclum Versipellis Romanae nequitiae vulpecula demulcere & lucrari tentaverit, commendando virtutes & familiae ornamenta, antecelsorumq; suorum erga sedem Catholicam observantiam. c Verborum illecebris veritatem expungere non valentibus auream rosam mittit, quæ multis superstitionum ceremoniis & Pompa solet quotannis à Pontifice & consecrari & singularis benevolentia & causa tanquam munus quoddam divinum cuiusdam donari, a omnino cōfidens liberale esse officium, beneficium serere, b ut possit inde ex Lutheri sanguine metere fructus. Hisce locum non habentibus insecutæ sunt minæ tam Pontificis quam Imperatoris in Comitiis Augustanis Anno Christi 1530. Pontificiorum omnium conspiratio, quos data fide promisisse, fortunas omnes se Imperatori communicaturos & sanguinem ipsum atq; vitam, ut religionis negotio finē imponant, protestantibus retulit Elector Brandebur. c Deniq; ut multas intermedias technas sicco pede transeam, quibus extremū Pontifex tentavit instigando imperatorem, ut ferro, vi & flammâ sæviret in religionis Augustanae socios, neg; abstinuit donec Clementissimi

<sup>e</sup> Sleid. l. 1.  
P. 7.

<sup>a</sup> Sleid. d.  
lib. p. 17.

<sup>b</sup> Cicer.

<sup>c</sup> Sleid. l. 7.  
P. 195.

## O R A T I O.

tissimi & felicissimi Monarchæ animum lucratus belli calamitatem Germaniae inferret, causasq; configureret, quæ rebellionis speciem præseferrent, quibus Optimum Imperatorem inflechteret. Testatur id abundè renovatio fœderis inter Imperatorem & Pontificem per Cardinalem Tridentinum facta, ut eos qui Tridentinum Conciliū recusent & errores Lutheri defendant, viribus & armis ad priscam religionem & sanctæ sedis obedientiam reducant. d Testatur id bo- c Idem d.  
norum Ecclesiasticorum per Hispaniam mediæ partis Imperatori à l. 17. p. 514.  
Pontifice facta concessio. Testantur id Helvetiorū ad Imperatorem literæ, quibus exponunt non eandem ab Imperatore & Papa propo-  
ni belli causam, Papa quippe Romanæ sedis & Concilii Tridentini  
neglectum allegarāt. Imperator verò causam rebellionis. a Testa- a Sleidan.  
tur sanguinaria Farnesii Vox, qui ex Italia discedens dixisse fertur,  
se tantam esse daturum stragem per Germaniam ut in Lutheranorū  
cruore vel natare posset equus ipsius. Ex his & aliis quæ magno colli-  
gi possunt cumulo argumentis, tam liquida & obvia est belli Smal-  
caldici causa, ut nemo, nisi rationem omnem & sensum exuat, aliā  
quām veritatis Evangelicæ oppressionē allegare audeat. Plus sem-  
per valere debet quod agitur quām quod simulatè conci-  
pit. b Reclitè itaq; Magnanimo fortitudinis & pietatis Zelo Prin- b Rubr. C.  
cipes & socii Smalcaldici fœderis optimi, cum viderent, magnā bel- plus val.  
li in se directam molem, arma defensionis urgente durissimo necessi- quod ag.  
tatis & conscientiæ telo sumperferunt, ut concessam Evangelicæ veri- quān: &c.  
tatis lucem suo patrocinio ad extremum usq; spiritum defenderent.  
Postulabat id ab ipsis, munera celsissimi divinitus demandata ra- c Esa. 49.  
tio, ut nutrici Ecclesiæ & utriusq; tabulæ custodes guarures exi-  
sterent. Gladium quippe non frustra à Deo concessum gerebant, sed v. 23.  
ad vindictam & defensionem. d Sed dicet aliquis Pontificiæ lernæ d Rom. 13.  
bucco, causæ bonitatem ab exitu estimandam. Exitus bonæ causæ in- v. 4.  
dolem minimè arguit. Ex parte Principum protestantium admodū  
infeliciter belli alea cecidit. Capti fuerunt & custodiæ mancipati  
Saxo & Landgravius rarissima pietatis & constantiæ specimina,

ORATI 6.

capti fuerunt alii Principes & proceres, occupatae ditiones, demolite arces. Insuper serenissimus Saxoniae heros capit is à Cæsare damnatus, quam tamen ipse humanae iniquitatis sortem tanta animi fortitudine excepit, ut nullam consternati animi significationem daret, causæq; bonitati confisus Cæsarem hanc sententiam minimè executioni mandaturum. a Hinc rectè ipsum affatur hisce versiculis Loticius:

<sup>a Scleidan.</sup>  
lib. 19. p.  
577. &  
seqq.

Pectori magnanimo similem tibi nulla tulerunt  
Secula: nulla ferent: dulcem profundere vitam.  
Et fortem charâ pro religione cruorem  
Promptus eras, mortemq; Dei pro laude pacisci  
Commotus nunquam præsentis imagine lethi.

Quamvis igitur isthac bellii infelicitas ex parte Protestantium, magno triumpho, magna spe opprimendæ veritatis à purpurata Romanæ sedis belluâ eiusq; consortibus, qui & autores & suosores extiterant excepta fuit, magnumq; inde malæ causæ argumentum sumptum: attamen Deus veritatis defensor non vi semper & ferro eam tuetur, sed in perscrutabili providentia sue consilio, furente & fremete orbe & orco inter media arma, turbas & victorias sartam tectamq; eam conservat, ut quanto magis prematur, eò felicius au-

<sup>a Laetant.</sup> geatur. a

lib. 5. c. 20.

Sanguine fundata est Ecclesia, sanguine cœpit,  
Sanguine succrevit, sanguine finis erit.

Sanguine, inquit sacrus vates, non victoriâ cœpit & crevit Ecclesia, afflictionibus & persecutionibus succrevit. Hæc sunt pietatis condimenta, veritatis ornamenta, patientiae & fidei experimenta. Pios in fide & constantia ita Deus probat, impios vero tanto magis vindicaturus, quanto melioribus rerum successibus fruuntur nequiores.

<sup>b Hafsen-</sup>  
<sup>reff. Loc.</sup>  
<sup>Theol. lib.</sup>  
<sup>i. loc. 3.</sup>

b Constanter itaq; asserendum, eventum causæ bonitati ideo absimilem fuisse, ut non vi humana, sed divinâ omnipotentia, vincentibus quantumvis & frementibus hostibus religionem conservatâ fuisse constaret. Et licet multi Ecclesie Augustanae fidelissimi alu-

mni



## O R A T I O.

nni graviter pressi, ipsa horum quasi irrigata & dotata sanguine magmentum sumpsit & eò floruit felicius, ut rectè Philippus Melanchton dixisse fertur, Melius nobiscum victis quam victoribus actum fuisse. Multa sunt Dei iudicia occulta, nulla tamen iniusta. Iusta belligerendi causa est Christianis adversus Barbaros, & à fide orthodoxa alienos, qui mancipatos quondam veræ pietatis culti ditiones hostiliter occuparunt & in sanctam Domini hereditatem violenter irruperunt, ut scilicet recuperatio fiat possessionis, qua Christianismus ab impiis prædonibus fuit spoliatus. c

Hactenus religionis, restat regionis defensio. Hæc enim duo sunt, in quibus Principum & Magistratum oculos præsertim apertos esse convenit. Illa ut pura conservetur, nec tenebris involvatur Ægyptiacis, aut armis expugnetur & hereticis opinionibus conficitur: Hæc, ut pacata & tranquilla sub serenissimo iustitiae vexillo conquiescat. Progrediatur Ambrosius a & initium huius rei suggerat: Fortitudo, inquit, quæ vel in bello tuetur à barbaris patriam, vel domi defendit infirmos, vel à latronibus socios plena iustitia est. Pacem optare debet voluntas, bellum cogit necessitas, ut liberet Deus à necessitate, & conservet in pace, non enim pax queritur, ut bellum excitetur: sed bellum geritur, ut pax acquiratur. b. Talia bella non permittent tantum, sed & iubente Deo ab Israëlitis passim gesta fuerunt, quorum sunt pleni libri Mosis, Regum & Chronicorum. Testantur scriptores profani, apud quos plura sunt huius rei exempla, quam verno tempore muscae. Bellum defensionis 57.n.4.

Cyrus I. Persarum Rex adversus opulentissimū Cræsum Lydorum Regem Herodoto teste suscepit. c Defensionis arma Tomyrus Scytharum Regina arripuit adversus Cyrum, qui dominandi animo Scythiam suo imperio & potestati subiicere sibi imperarat. d Hoc modo Romani ab Annibale offensi secundum bellum Panicum adversus Carthaginenses decreverunt, misso Publio Cornelio Scipione, patre Africani cum exercitu Annibali obviam. e Et quæ sunt sexcenta alia passim exempla. Tanta autem huius defensionis vis est, ut iusta pun-

c Frider.  
Schenck  
in cap. I. 2.  
Feud. 28.  
Bocer. de  
bell. & du-  
el. c. 5.

a c. fort-  
tudo 5.  
caus. 23. q.  
3.

b c. Moli 3.  
d. caus. 23.  
Gail. ob-  
serv. lib. I.

c Pezel. in  
Mellific.  
Histor. p. r.  
d Iustini.  
lib. I. Hist.

e Pezel. p. 2.  
Mellific.  
Hist. de se-  
cund. bell.

iusta pun.

## ORATIO

iusta censeatur; etiam si bello petiti, bellum promeriti essemus. Hostis  
quippe aequus iudex non est, nec vis belli finitur consecutione expeti-  
torum, sed pro victoris arbitrio ambulat. Sic optima iuris ratione re-  
pelluntur testes & iudices inimici, & si causam inimicitii dederint

a Albr.  
Gent. de  
jur. belli  
lib. I. c. 13.

b lib. I. de  
Cœl. c. 10.

c lib. 5. de  
Repub. 5.

d Albr.  
Gent. de  
iur. belli  
lib. I. c. 14.

a Horat.  
ad Loll. ep.  
I.

b l. I. C.  
quand. lic.  
sine jud.  
vind.

c Scleid.  
lib. 17. P.  
mihi 524.

hi contra quos agitur. a Vnde Aristoteles, b eos, inquit, qui de re aliqua iudicare volunt, non adversarios, sed arbitros esse debere. Ex hoc principio aequa Romuli dicenda causa, qui aduersus ingruentes Sabinos bello se defendit, quamvis causam bello & offensioni dede-  
rat, dum mulieres Sabinorum sine more rapuerat. Necessitatis vis  
tanta est prementibus armis, ut quæ iniusta sunt iustissima esse vi-  
deantur, præclaro Bodini elogio. c Hoc quoq; in defensionis bello  
silentio minimè involvendum, id non solum ad præsentem sed et-  
iam ingruentem vim pertinere, non tantum quæ infertur, sed quæ  
& timetur, adeoq; venienti occurrere morbo licere. Non enim cele-  
rius quisquam opprimitur, quam qui nihil timet. Frequentissimum  
calamitatis initium securitas. d Si semel hostis prævenerit, metus  
universa turbantur. Oportet igitur, referente Nicephoro e non po-  
stremin nominis historico, eos qui citra periculum vivere velint, oc-  
currere impendentibus malis, & anteverttere. Nec esse cunctandum,  
aut expectandum, ut acceptam iniuriam cum periculo ulciscari, si  
in præsentia crescentis plantæ radicem præcidere possis & adversa-  
rii male cogitantis conatum anticipare, hoc est quod Poëta a dicit:  
Principiis obsta: serò Medicina paratur.

Hoc maturo iudicio expedentes Smalcaldici fæderis Princi-  
pes & status, primum belli impetum expectare noluerunt, sed melius  
esse putarunt in tempore occurrere, quam post exitum vindicare. b  
Ideoq; parante imperatore per Italiam, Hispaniam & Austriam ex-  
ercitu Principiis occurrentes Erebergum, Oenipontem & alia loca  
Schertelino duce occupare avebant, quibus commeatus ex Italia in-  
tercludi posset. c. Quare non audiendi sunt qui hanc Principum  
solertiam, vigilantiam & industriam, in rebellionem illicitam con-  
vertere satagunt. Non oportet ita temerè calumniari, sed qua mente  
quid

ORATIO.

quid agatur, animadvertere. d Non ea mens fuit animo, sed illa darg. l. pen.  
 quam iustinianus imperator e nobis expressit; melius esse intacta ff. ad ex-  
 sura fervari, quam post causam vulneratam remedium querere. Iu- hib.  
 re itaq; suo uientes Principes optimi vigilantissimiq; nemini iniu- el. ult. C. in  
 riam facere potuerunt. Lege quod sit permittente, pænam non mere- quib. caus.  
 tur. f Denique defensionis causa non solum ad rerum & corporis in integr.  
 nostri tutelam pertinet, sed etiam ad vicinos & alios qui vel iure so- fl. Grac.  
 cietatis civilis vel alio communitatis vinculo nobis obstricti sunt. chus 4. c.  
 Cum enim natura cognitionem quandam inter homines constituit, iad. L. Jul.  
 a consequens est hominis beneficio hominem in necessitatibus affici de adult.  
 interesse, b & si vicinis vel aliis orthodoxis religionis ac societatis iust. & iur.  
 nostræ consortibus, quamvis remotioribus ob religionis veritatem b l. servus  
 aut regionis defensionem tyrannica vis iniuste inferatur, eos ab in- 7. ff. de  
 gruentis tyrannidis & crudelitatis faucibus eripiamus nostrisque serv. ex  
 suppetiis sublevemus, ne presidiis & subsidiis destituti in crudelissi- port.  
 mi persecutoris potestatem deveniant. c Ad hoc naturæ lex nos c Polan.  
 invitat, quæ ad omnē nos stringit charitatem, ut alter alteri tanquā Tom. 2.  
 unius partes corporis opem & auxilium deferamus. Spurca, Cicero- Syntagm.  
 ne suffragante, eorum sententia qui ad se omnia deferunt. Qui non Theol. lib.  
 defendit nec obſtit, si potest, iniuria, tam est in vizio quam si paren- 10. c. 67.  
 tes aut patriam aut socios deserat. d Imò qui hoc dum mutare po- d Cic. lib. I  
 test, tolerat, patitur peccare peccantem, ac vires subministrat auda- Offic.  
 cia. e Prospéra verò libat Domino qui ab afflictis pellit adversa. f. e Dn. Kit-  
 Insigne huius rei exemplum posteritati reliquit Constantinus Ma- zel. in re-  
 gnus, qui Christianis adversus sex religionis hostes auxiliares ma- petit. col-  
 pus tulit, Diocletiarum, Maximianum, Galerium, Maxentium, leg. disp. I.  
 Maximinum & Licinum, tyrannisq; devictis Christianos in li- 9. 6. lit. 6.  
 bertatem vindicavit. Hoc fine hactenus Germani bellum gesserunt f c. facien-  
 ad defensionem Hungarorum adversus Turcas hereditarios Chri- tis 3. di-  
 stiani nominis hostes. Huius æQUITATIS ductu impulsus Abraha- stinct. 86.  
 mus, ad liberandum agnatum suum Lothum ab hostibus ereptum  
 vernas suos armis instruxit & oppressa hostium vi, Lothum resti-  
 tuit.

## ORATIO.

a Gen. 4. tuit. a Non dissimilis ratio apud Israëlitas, qui pro Gibeonitarum  
 b Josuæ 10. liberatione aduersus Reges aliquot exercitum duxerunt eosq; expu-  
 gnarunt. b. Hinc belli semina fluxisse inter Henricum II. Galliæ  
 c lib. 5. de Regem & Carolum Imperatorem invictissimum Bodinus c asserit  
 Repub. c. quod videlicet Henricus Germaniæ quorundam Principum necessi-  
 tatis aduersus Carolum patrocinatus sit. Recentissimam huius  
 rei figuram Philippus Hassiæ Landgravius præclaro ad posterita-  
 tem exemplo nobis reliquit, qui Brunsuicensibus, Hannoveranis,  
 Bremensibus & aliis ab Henrico Duce Brunsuicēsi propter Schmal-  
 caldici fæderis societatem iniquè pressis iustissimè unanimi sociorum  
 consensu subvenit, ac Henricum Brunsuicensem in talis succumber-  
 a Sleidan. tem prælio cœpit & custodiâ detinuit a Iustum bellum propter recu-  
 lib. 16. perationem rerum eruptarum geriposse, nullus dubito. Ex raptu He-  
 pag. 473. lenæ & famina apud Græcos pulcerrimæ, decennale bellum, Troiæq; in-  
 b lib. 3. Æ- cendium ortum & deniq; conquerente apud Virgilium Aenea b inde  
 neid. Venit summa dies & ineluctabile tempus  
 Dardaniæ, fuimus Troës, fuit Ilium & ingens  
 Gloria Teucrorum: ferus omnia Jupiter Argos  
 Transtulit, incensâ Danai dominantur in urbe.  
 Missis antiquis & priscis belli fortunis, quæ quasi ob oculos versan-  
 tur, intueamur. Sigismundus Poloniæ Serenissimus Rex ferè ante  
 quinquennium pro recuperatione Smolentchi, quod primis tempori-  
 bus nobile & populosum superioris Poloniæ fuit propugnaculum,  
 Thuan. Moschovitis bellum intulit & pristino iuri restituit. c Bello iustissi-  
 lib. 1. ma causa Magistratus subditos rebelles & vi iniquâ insurgentes re-  
 primere potest Davidis exemplo, qui bellum movit aduersus Sebam  
 filium Bochri hac urgente iniquitate, quod populum sollicitarat, ut  
 à Davide Rege deficeret ad ipsum. d Ad hanc classem bella redu-  
 cenda, quæ in contumaces imperii suscipiantur cives, quando status  
 aliquis imperii vel quisvis subditus contumaciter iudiciorum & iu-  
 sticie spernit vigorem, ita ut manu militari executionem adornare  
 necessitas flagitet, idq; summo Magistratu permittēte sine cuius con-  
 sensu



ORATIO.

sensu nemini classicum canere, & armorum strepitum induceret. a Nam ideo iudiciorum vigor iuri publici tutela videtur in medio constituta, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat ultionem rescribentibus Theodosio Arcadio & Honorio imperatoribus. b Ius figura maxime memorabile fuit bellum Gothanum, quod imperii decreto gestum simul & confectum est contra refractarios iustitiae temeratores referente Thuano. c Quotidiana huius belli experientia multorum expressit iniquitas. Hae sunt, Auditores, causæ quas præcipuas iusti belli assertum ivere Sophi sagaciores prisci vel nostri avi. Frivolis nihilominus & multò levioribus ex causis bella olim orta, confecta, hodieq; oriri & confici passim obvium. Etoli & Arca des mutuis bellis se ipsoſ aiutissimè attriverunt causa unius apri caput fuit. Picti & Scoti crudelissima bella diutissimè inter ſe gesserūt, quæ nullis fæderibus placari potuerunt, tametsi pacem annos ferè sexcentos antea coluissent: causa bellorum canes crepti fuerunt. Helvetii bellum gravissimum suscepereunt aduersus Carolum Burgundionum ducem, quod non aliter quam ipsius ducis occasu finem accepit: causa fuit, quod Helvetiis currus pellium ablatus esset. d Amplificatio imperii, aucupatio gloriae, & fortitudinis licet fortior & potentior hisce sit, sufficiens tamen & iusta minime censenda. Domini libido, nocendi crudelitas, & similia iure in bellis Gregorio suggestente a culpantur. Non est in hoc laudandus terror olim & caput orbis Alexander Magnus, qui gloriae & imperii libidine universū orbē occupare contendebat. Nec me movet aut mordet, q; Imperatores Augusti felices dicantur, quod feliciter fines imperii extendere & augere debeant. Fateor quidem augere debent, non tamen rapiendo aliena, sed recuperando amissa, tuendo præsentia. Possunt hoc Augusti, quod iuste & honestè possunt. b. Virtus est placitis abstinuisse bonis. Non dissimilis ratio infidelitatis & introducenda religionis, quæ pariter &qua causa bello populum aliquem à nostro dominio nostraq; iurisdictione remotum aggrediendi non est. In religionis negotio nihil quicquam valet mortalis hominis auctoritas,

## O R A T I O.

*nec est opus vi & iniuriâ, quia cogi non potest. Imo arma contra na-  
turam huius rei sunt, ideoque pro astra uenda ea nihil conferre vale-  
qunt. Quod effici nequit per vim id aggredi per vim fu-  
iosum. Rationem etiam hanc audiamus: religionis ius homi-  
nibus cum hominibus propriè non est: itaque nec lauditur ius homi-  
num ob diversam religionem. Vnde ergo belli causa? Religio jus  
est inter Deum & hominem, ut doctè colligit Albericus Gentili-*

**L. 1.c.9.** *lis c in elegantis suo de iure belli libello. Progrediatur Lactantius d  
d L. 5.c.2. multis lustrorum cursibus celebratus auctor: longè diversa sunt car-  
nificina & pietas, nec potest aut veritas cum vi aut iustitia divina  
cum crudelitate coniungi. Inducenda igitur religio est non occiden-  
do sed monendo, non sævitia sed patientia, non scelere sed fide. Hoc*

**a Lib. ob- serv. 16.v.3.** *suo calculo Cuiacius a iuris Romani Aquila insignis comprobat, di-  
ex mente Cassiodori refert, nemine cogi posse invitus ut cre-  
dat, Lipsii b consilio in fide agendum ceu in fidibus, si quid discre-  
pat, non statim disrumpendum, sed paulatim ad concentum reducē-  
dum. Laudabile est laudatissimi Regis Poloniae Stephani elogium:*

*nolle se conscientiis dominari, siquidē solus Deus hæc si-  
bi tria reservavit, nēpe creare aliquid ex nihilo, nosse fu-  
tura, & dominari conscientiis: Apage ergo crudelitatem inqui-  
sitionis Hispanicæ, quæ urit, cædit, secat, divortium à Romanâ su-  
perstitione facientes & immani cæde in omnem sexum & atatem  
debachatur. Pungit & lacerat cuiusq; boni mentè Hussiticæ oppres-  
sionis ob veritatem recordatio. Suspiria & gemitus elicit constanti-  
simorū studiosorum Petri Flistedii & Adolphi Clarebachi. Colonia*

**• Sleid. I. 6.** *ob Augustanæ religionis confessionem combustorum innocentia. c  
P. mihi. 175.*

*Imò lacrymas exprimit Dacis Albani in Belgia incredibilis sævitia  
qui multa hominum millia ob religionem truulentissime occidit.  
Mares signe & laqueo, fæminas viuas terra & pulvere suffocavit.  
Nec privato contenta hactenus sanguine Antichristi fuit immani-  
tas, sed regna invadere, provincias diripere, regiones occupare, ac  
cruentis fauibus ad exsorbendum quod reliquum est innocui san-  
guinis*

## O R A T I O.

quinis verè fidelium inhibare conata est, & perditissimis machinatio-  
 nibus quotidie conatur. Reges & principes ad nutum suum non vi-  
 ventes pulverē pedum suorum ultrò non lingentes, anathematis &  
 proscriptionis fulmine ferit, ac deinde bello petit. Regesq; potentiores  
 in executionē ac sanguinē armat. Testatur id iterata Regum Angliae  
 & præsertim Elisabethæ notabilis proscriptio, & Hispaniarum Re-  
 gis tentata executio, cui Pontifex pro suā liberalitate & munificen-  
 tia quā in alienis magnifice exercet possessionibus, aut eō promptio-  
 rem redderet totum Angliae regnum expugnatis legitimis successo-  
 ribus, donatione contulit. Hac donatione & regni spe ductus His-  
 paniarum Rex omnes virium suarum nervos ad oppugnationem a Bodin.  
 Angliae contulit, tantamq; classem instruxit, quæ ad aliarum dif- 1. i. de re-  
 ferentiam magna Hispaniæ Armada vulgo appellari solet, ac pub. & ro.  
 incomparabili bellicarum rerum apparatu, innumerabilimilitum  
 manu ita referta, ut cunctis admirationi & terrori fuerit. Tanta  
 Hispanos occupandæ Angliae invasit cupiditas, ut Meterano b teste,  
 vix ulla illustris, generosa, nobilis, aut cuiusvis ordinis familia in Hi- b Lib. 15.  
 spania fuerit, ex qua non inani Pontificie donationis spe lactati huic Anno Chri-  
 se classi ingesserint, & militari Sacramento obstrinxerint. Verum sti 1582.  
 ut temere & contra ius fasq; hæc fuit suscepta bellandi crudelitas,  
 ita exitum fortita est lamentabilem. Nam postquā Elisabetha ma-  
 gnanimus Angliae Regina & quasi altera Semiramis vel Thomyris  
 extrematentare Papam per Hispanum videret, fines regni sui anxiè  
 & sollicitè custodivit, viram fortissimū reig; militaris experientis-  
 simum Franciscum Draconem classe militari instruxit longe tamen  
 disparis conditionis & magnitudinis, qui prudentia & strategema-  
 tis huic negotio convenientibus magnam illam Hispanorum classē,  
 seu ut vulgo dicunt Armadā dissipavit, oppressit, submersit, tanta  
 hominum strage, ut totum mare in sanguinem humanum conver-  
 sum videretur. Crudelitatem Pontificii regiminis & propter reli-  
 gionem proscriptionis licentiam confirmat, brutum fulmen Papæ

## O R A T I O.

Sixti V. adversus Henricum Serenissimum Navarre Regem & illustrissimum Henricum Bourbonum Principem condæum crudelissimè evibratum. a Testantur multorum bellorum incendia quorum fax & alastor in Gallis Romanus præfus exitit. Missis Cardinalibus, Episcopis, & aliis ex suo comitatu commissariis, qui tanquam maligenii ad furesta & internecina bella, ad carnificinas, ad vastitatem Galliæ religionis vel alio levi prætextu inflammarent. Testatur id Iulii Secundi crudelissimi Papæ monumentum. b

<sup>a</sup>Vid. Augt. Brut. Fulmin. in pr.  
<sup>b</sup> Idem p. 83. & seqq.

In Gallum ut fama est bellum gesturus acerbum.

Armatam edicit Julius urbe manum.  
Accinctus gladio claves in Tibridis amnem  
Projicit & sævus talia verba facit:  
Cum Petri nihil efficiant ad prælia claves,  
Auxilio Pauli forsitan ensis erit.

Olim Pontifices dicti fuerunt, quasi pontem faciant ad salutem æternam abhodie haud inconcinnè dici possunt, quod quasi pontem faciant, ad regnum regionum & Principatum direptionem. Ad quod Alciatus ad l. tabernæ. 183. ff. de V. S. Duarrenus IC. alludit inferens, similes esse Pontifices & Episcopos hodiernos Demadi illi Atheniensi, qui nolentibus Atheniensibus divinos honores Alexandro decernere, respondit: videte ne dum cœlum custoditis, terram amittatis. Hinc etiam patet, bella Indica ab Hispano novi orbi provinciis illata iuris & iustitiae fundamento minimè nisi. Improbanda est illorum quoq; immanitas, qui honoris & fortitudinis recuperandæ causa, ut strenui videantur b Lib. 5. de Repub. c. 5. p. 575. belli semina conquirunt. Hi muscas ut Bodinus b loquitur imitantur, qui non nisi scabris in locis consistere possunt, specula polita oderunt. Huc pertinet quod Tacitus refert, Bellum adversus Germanos suscepimus, abolendæ magis infamiae causa, ut scilicet strenui videantur, ob amissum cum Quintilio Varo c exercitum, quam cupidine proferendi imperii aut dignum ob præmium: Cautè itaq; caveat Christianus Magistratus cum non temere bellum indicere liceat, ut exemplo Xerxis Græciam oppugnare volentis, convocatis prius prudentibus, rationes diligenter expendat, domnia enim consilio prius experiri

<sup>c</sup> Lib. 1. an  
nal. sub  
iuit.  
<sup>d</sup> Pezel mel  
lific. Hist.  
p. 1.

## O R A T I O.

experiri quam armis decertare decet. e Nam s<sup>æ</sup>pius qua in eoge- , Terent.  
nere levissima videntur, paulo momēto gravissima comperiuntur: in Eunuch.  
Et ut maxima tempestates, quæ calamitatis agris inferunt, ab exha- act. 4. Sc<sup>c</sup>.  
lationibus & vaporibus levissimis excitantur: ita quoq<sup>z</sup> bella, quæ 7.  
regionibus exitium afferunt, s<sup>æ</sup>pe ex rebus minimis oriuntur. Argu-  
mento sit illud, quod Iustiniano Imperatore, non modo cives singuli,  
sed etiam universi, ac oppida ipsa factionibus divisa fuerunt, ut quē  
quisq<sup>z</sup> colorem adamaverat, pro eo quasi pro aris & focis pugnādum  
putaret. a Non tamen limitanda Anabaptistarum rabies quam sola a Bedin. l.  
supersticio & tumidae opinionis saginat vanitas. Qui Christianū 4. de Re-  
Magistratum ab omnib<sup>e</sup>lli gerendi potestate exemptū volunt. Ra- pub. cap. 7.  
zonē suæ assertionis solidas afferre nullas possunt, sed rancidis nu- p. 738.  
gis, & scelerato ausu Scripturæ quedam detruncant testimonia &  
propallandi suæ superstitionis erroribus insulsè cavillantur. Equas  
esse in Hispania quas ex vento Favonio concipere ferunt, sed fætu  
evanido. b Sic & hi Austro blandientiū & inanum opinionum gra- b Plin. Hi-  
vidi, serium nihil parvunt, sed us tumidi tantum utres ventos fabu- stor. nat.  
larum & mandaciorum evaporant. Deniq<sup>z</sup> ut missos hos homines lib. 4. c. 22.  
faciamus, levianugarum sunt folia quæcurg<sup>z</sup> ferunt, non digna ut quæ alleg.  
in hoc spectatissimo confessu discutiantur. Audiamus Augustinum, Lansius in  
cuius verba canonica comprobat auctoritas: Militare non est consult. 1.  
delictum: sed propter prædam militare peccatum est. c c milit. 5.  
Apud veros Dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt, quæ non cupi- caus. 23.  
ditate aut crudelitate, sed pacis studio geruntur, ut mali coërcantur q. 1.  
& boni subleventur. d David vir secundum cor & voluntatem d.c. apud 6.  
Dei, bella gessit plurima. d.caus. 23. q. 1.

Patet tam ex rationibus quam divinarum literarum oraculis, Cōclusio.  
quaē pro ratione temporis & virium mearum facultate adduxi, re-  
ligionis vel regionis tuendae, vel iniuria rei amissæ recuperandæ cau-  
sa, bella piè suscipi & confici posse: In rebelles pariter ac iuris iustitiæ-  
que vigorem negligentes ensem stringere Martes experiri ambiguū  
non esse. Inducendæ autem religionis vel acquirendæ regionis cupi-  
ditate.

QH/T/392

ORATIO.

ditate, honoris & fortitudinis lucranda & aviditate, armis contende-  
re cum populo nobis minimè noxiō recta ratione improbatum est.

Iehova Ter Optimus Ter Maximus, pacis amantissimus, qui  
iustig, obseruantissimus: qui cœlorum perennes orbes, qui siderū in-  
æquales cursus, qui elemētorum alternas vices, qui deniq, omnes res  
superas inferas unanimi cōcentus harmonia temperat, moderatur,  
& gubernat, hominum pariter discordantes animorum motus opta-  
tissimo pacis rore irriget, & firmo concordiae vinculo astringat, ne  
temerario aut cæco impetu ferā:ur misceanturq, res humanae. Mat-  
thiae Imperatoris invictissimi, Monarchæ Augustissimi genium pa-  
cificum, constantiæ & robore imbuat, patriæ amore incendat, ut impe-  
rii summi clavum, ut haclenus nunquam satis laudabili, ad posteri-  
tatem monumēto feliciter cœpit, ad concordiam & iustitiam in tur-  
bulentissimo hoc Germaniæ statu, ita inclinet quo religionis puræ li-  
bertas cōservetur, ac in remotissimos orbis humani recessus sparga-  
tur, suum cuig, sartum salvumq, cōservetur, boni protegantur, sce-  
lerati & ad seditionem natī stricto iustitiae mucrone iugulentur, ac  
deniq, in sinu Maiestatis suæ Serenissimo, serenus tranquillusq, rerū  
omnium status conquiescat. Procerum ac statuū imperii animos de-  
bito obseruantia, obsequii & iustitiae nexu copulet, ut arctâ quasi de-  
vincti concordiae catenâ, dum imperant, & imperant, cum impe-  
rante unanimiter vivat, valeant, florentq, sibi & imperio diu in-  
columes, ardentiſſimisq, votis & desideriis cum Poëta precentur:

Nalla salus bello pacem te poscimus omnes.

DIXI.

---

NOBILISSIMO SVO DN. Bosen / ADCLAMABAT THEO-  
DORVS Reinkindt Livon.

Martis & Artis, opus stirpis generosa propago, Martis & Artis opus, stirpis generosa propago  
Efficiunt, ut quis Nobilis esse cluat. In te connubio sunt glomerata bono  
Martis in Arte decus venaris laudis honore, Perge alacer studiis generi prestare nitorem  
Entheaque virtus conciliare valet. Virtute eximius Nobilis unde clues.  
Exponis causas facundo rore loquele, Taubm. Hic meruit veræ sibi Nobilitatis honorem  
Cur Martinus justè Classicas signa sonent. Quem genus, & genii nobilitavit honor.

F I N I S.

VDM

